

Recensiones

G. SCHREIBER, *Das Weltkonzil von Trient. Sein Werden und Wirken*. 2 Bde. 1248 pp. Feiburg i. Breisgau, Herder. Pr.: br. 48 Dm.; Lw. 56 Dm.

Concilium Oecumenicum Tridentinum celebratum fuit annis 1545-1563. Longam ac difficultatibus variis repletam vitam habuit. Vices Concilii in hac recensione fusius describere non vacat. Sufficiat verba quaedam referre ex Epistola Apostolica, missa die 21 Novembris 1945, ad Excmum P. D. Carolum De Ferrari, Archiepiscopum Tridentinum, ob celebrationem quarti elapsi saeculi ex quo oecumenica Tridentina Synodus inita fuit. « Qua quidem Oecumenica Synodo, ita Summus Pontifex, nulla umquam fuit alia vel celebrationis tempore diuturnior, vel ob christianae doctrinae capita inibi definita magis ardua, vel denique ob probandarum rerum diligentiam accuratior atque distinctior. Ac norunt omnes ii qui histeriam, veritatis lucem temporumque testem serena explorarunt perspicacique mente, quam magnae quamque opportunae hoc ex amplissimo Concilio catholicae Ecclesiae ortae sint utilitates, ac quantopere idem contulerit ad plurimas et perniciosissimas haereses extirpandas, ad corrigendos mores, ad restituendam ecclesiasticam disciplinam, ad pacem et concordiam christiani populi procurandam ».

Decursus celeberrimi hujus Concilii antea jam a historiographis descriptus fuit; non tamen ea plenitudine ac mentis latitudine quae a historiographo, hoc nomine vere digno, desiderari posset. Ultimis annis vero inquisitiones valde accuratae susceptae fuerunt; potissimum sub auspiciis Societatis catholicae Goerresianae. Plura volumina jam hac ratione publicari potuerunt; bello europaeo finito, publicationes posteriores iterum inceperunt. Eduntur, inter alia, in hac collectione « Diaria » Patrum Concilii. Notum est Diarium olim conscriptum ab episcopo Viridunensi, Pseume, O. Praem., inter haec Diaria edita fuisse, curante Merkle, anno 1911.

* * *

Exspectari poterat, occasione quarti centenarii Concilii, inquisitiones varias de materia hac tam uberrima, publicatum iri. Conditiones belli et adjuncta postbellica hoc per magnam partem hucusque impediunt. Non complete tamen. Nam Reverendissimus Prof. Jedin novam historiam Concilii publicare coepit, documentis per magnam partem hucusque ignotis adhibitis.

Interim Reverendissimus Schreiber et ipse magnum intentum praeparabat. Omnes lectores hujus periodici « *Analecta Praemonstratensia* » e pluribus studiis clari Professoris in hoc periodico publicatis profecto norunt omnia quae a doctissimo Schreiber scribuntur et publicantur eminere solida documentatione, et insimul methodo synthetica expositionis eximia. Intendebat scilicet Prof. Schreiber magnum collectaneum plurimarum expositionum conficere et edere. In iis ageretur de ambiente historico in quo Concilium celebratum fuit; de laboribus ipsius Concilii et de modo quo postea decisiones Concilii, non raro in mediis difficultatibus varii generis, in praxim deductae fuerunt. Verum, tale intentum ab una persona executioni mandari non posset modo plus minusve adequato. Ideo 38 viri hujus historiae periodo addicti, rogante Moderatore Schreiber, collaborarunt. Variis capitibus proinde agitur de quaestionibus doctrinalibus vel disciplinaribus in Concilio pertractatis, de relationibus diaecesium aut Ordinum variorum ad Concilium, etc. Titulos illos singulos sicuti et auctores in praesenti enumerare nimium esset. Quaedam indicasse sufficiat: Reverendissimus D. Grabmann (†) disserit de progressu dogmatis e Concilio derivato; Prof. Steffes de ideis philosophicis et moralibus vigentibus saeculo decimo sexto; Prof. Jungmann, S. J., de influxu Concilii in renovationem Liturgiae; Reverendissimus. Allgeier (†); Jedin; Stegmüller; Biegelmaier; Oswald; P. Volk.; P. Walz, etc.

Ipse Prof. Schreiber scribit (vol. I, pp. 381-425) de « Barock et Concilio Tridentino », in qua tractatione, uti de more, eruditionem simulac synthesim vere mirandam prodit. (Per transennam, consilium hoc datur Praemonstratensibus: « *Erwünscht wäre zum anderen eine Untersuchung über die künstlerische Auseinandersetzung mit der Häresie: Norbert und Tanchelm in den Barockkirchen der Prämonstratenser, Darstellung der Reformatoren in den Deckgemälden der Sonntagbergs, am Tabernakel von Otto-beuren* » : vol. I, p. 400).

Reverendissimus Editor Schreiber praeterea ipse confecit Introductionem (Zur Einführung) (I, IX-LXXXVI); in qua introductione perplurima referuntur et indicantur de ipso Concilio, de ejus historiographia, et similibus. Introductio haec vere densissima dici debet eo quod tam diserte vere nos « *introducitur* » ad celebre illud Concilium melius noscendum. Introductio ista manum « *Magistri* » Schreiber valide probat.

Contentum duorum horum voluminum melius indicari nequit quam remittendo ad Indicem systematicum (II, 555-630); percurrendo vel superficialiter hunc indicem, statim patet quam multa in his voluminibus congesta et elaborata fuerint.

In Chronico hujus periodici, jam notatum fuit Dr. A. HUBER, in hoc opere scripsisse de Ordine nostro in relatione ad Concilium Tridentinum (*Die Prämonstratenser und das Trienter Konzil*, II, 473-488).

Auctor hujus studii vere laudari debet, potissimum eo quod

in optimum compendium redegit omnia quae hucusque de hac historia nota sunt ; perspicuitate et nitiditate eminet ; bibliographia, magna cum cura confecta, fontes et expositiones indicat e quibus Auctor assertiones suas hausit. — Alia, ad Ordinem nostrum spectantia, aliis locis per transennam notata, facile in Indice Generali operis inveniuntur.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

Dr. Karl EGGER, *Für Gottes Haus und Herde. Ein Chorherrenbüchlein*. Bozen, Verlagsanstalt Athesia, 1952. In-8, 80 blz., 1 pl.

Dr. Karl Egger, die in 1940 zijn studie *De paenitentia apud Victorinos* publiceerde en die ook tal van artikelen over de kanuniken schreeft in *Enciclopedia Cattolica* en diverse tijdschriften, geeft in dit populair-wetenschappelijk gehouden werkje een boeiend overzicht over een groep kloostergemeenschappen, die de regel van Sint Augustinus zijn gaan volgen.

Allereerst richt de auteur zijn zoeklicht op de wieg van alle Augustijner koorheren, het bisschopsklooster van Hippo ; vervolgens op de kloostergemeenschappen van Arles, Sint Stephanus te Metz en op de Sint Jan van Lateranen, de moederbasiliek van heel de wereld.

Wij worden daarna heengeleid naar het Hospitium van de Grote Sint Bernard, de kloosterschool van Sint Victor te Parijs, en volgen het reizen en trekken van Nicolaas Breakspeare, de enige Engelsman die ooit paus geworden is en wiens levensweg liep langs Sint Rufus in Zuid-Frankrijk.

Met Hartmann, door Koenraad van Salzburg als proost van Klosterneuburg aangesteld, komen we in Oostenrijk. Hartmann, die later de stichter van Neustift en bisschop van Brixen werd, was — met Cisterciensers, Praemonstratensers en ander ordesgenoten — voorstander van een nieuwe Mariadevotie, die de Moedermaagd uit de byzantijnse stijfheid en ongenaakbaarheid in het warme gevoelsleven der gelovigen zocht te plaatsen.

In de volgende schets vernemen we meer over de koorheren van Arrouaise in Noord-Frankrijk, die zich aan hun familierelatie verplicht gevoelen om de relieken van de H. Monica uit Ostia te ontvoeren, om zo hun devotie tot de moeder van Sint Augustinus beter te kunnen beleven.

De auteur bespreekt dan de missie-arbeid onder de Wenden van Vicelinus, door Norbertus tot priester gewijd en later stichter van Neumünster en bisschop van Oldenburg, en die van zijn leerling Meinhard onder de Balten.

Ook de merkwaardige Antonius-heren te St.-Didier-de-la-Mothe in Zuid-Frankrijk, die veel aan hospitaaldienst deden en daarvoor Sint-Antonius-varkens hielden, sloten zich aaneen tot een groep van Augustijner koorheren.

Via het wonderlijk ingericht vestingklooster op het eiland San